Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0002-4

1776.

37. Hebenstreit, Henricus Michael: Historia jurisdictionis ecclesiasticae ex legibus utriusque codicis illustrata

38. Hommelius, Carolus Ferdin.: Rhapsodiae supplementa.

39. Hommelius, Carolus Ferdin.: Rhapsodiae supplementa

40a. Keesius, Jacobus Fridericus: De jurisjurandi sponsalibus adjecti efficacia.

40b. * Keesius, Jacobus Fridericus: Diploma, quo collegium jurisconsultorum Lipsiense Jacobo Friderico Keesio utriusque juris doctoralem gradum . . . contulit.

41. Kindius, Jo. Adamus Theophilus: De jurisprudentia Germanorum paroemiaca ejusque cautione.

42. Kindius, Jo. Adamus Theophilus: De successione in bona absentium.

43. Mylius, Fridericus Henricus, Sax. jur. practic.:
An in Saxonia Electorali venandi jure gaudenti

feram, in proprio fundo ab eo vulneratam, — —
in alienum prosequendi . . . , et quidem inter pri-
vatos competat? Programma, quo solemnia Doctoralia
Friderici Guilielmi Schubarthi . . . indicit.

44. Puettmannus, Josias Ludovicus Ernestus: Observationum juris Germanici specimen II.

45. Puettmannus, Josias Ludovicus Ernestus: Deratio caesis

46. Puettmannus, Josias Ludovicus Ernestus: Observationum juris Germanici specimen III

47. Rau, Christianus: De feudo dotalitii

48. Schott, Augustus Fridericus: Jus Gorlicense.

49. Segerus, Joh. Theophilus: Quibus modis nobilitas amittatur?

50 Weichardt, Theodor Thom: De pharmacopoliis rite constituendis.

51. Walle, Christophorus Fridericus: De damnata memoria.

52. Walle, Christophorus Fridericus: De damnata memoria

1776.

53. Zollerus, Frid. Gottlieb: An liberis intuitu bonorum maternorum existente consensu, in substantia patris cum hypotheca tacita et jus praelationis competat?

54. Zollerus, Frid. Gottlieb: De praesumtione mutui ex solutione usurarum petenda.

55. Zollerus, Frid. Gottlieb: De juris vitae atque necis, ex servitute orti, justitia, secundum juris naturae principia.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0005-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0006-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0007-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0008-7

8998
1776,38
2

# RHAPSODIAE

## SVPPLEMENTA

PRAESIDE

CAROLO FERDIN. HOMMELIO

DIE XIV. NOVEMBRIS MDCCLXXVI.

*PRO OBTINENDA IN VTROQVE IVRE DOCTORIS*

*DIGNITATE*

DEFENDET

CHRISTIANVS FRIDERICVS

KAVLFVSS

ADVOCATVS SAXONICVS.

---

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0009-6

## OBSERVATIO DCXL.

*Paroemia Iuris Germanici* blutige Hand nimt kein Erbe.

*Tituli Pandectarum et Codicis* de his, quae vt indignis auferuntur, *nec non ille;* ad SCt. Silanianum, *noſtris temporibus claudicant. Nempe quatenus hereditatem indignis auferunt, eatenus vſu obſeruantur; quatenus autem bona fiſco addicunt, inter leges abrogatas referendi.*

ANTONIVS MATTHAEI in Paroemiis pag. 183. 1
ſcriptum in rubrica brocardicum verbis Belgicis ita enunciat: *De Bloedige Hant en neemt geen Erfnis*, quod deinde copioſius exponit. Senſus eſt: qui defunctum occidit etiam culpa, ſiue armis, ſiue veneno, aut occidi curauit, is, ſive heres ſiue legatarius, nihil capit ex teſtamento, im-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0011-4

mo ne quidem ab inteſtato legitima ſucceſſione potitur. Haec paroemia non ſolum iuri Germanico verum etiam Romanis legibus conueniens eſt. *L. 3. ff. de his, quae vt indign. L. 7. §. penult. ff. de bon. damnat. L. 1. et ſeqq. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. L. 10. §. 1. ff. ſolut. matrim.*

2 Nempe incapaces fiunt, qui teſtatorem occiderunt ex praeſumta teſtatoris voluntate. *L. 3. §. vlt. ff. de ademt. legat.* COLLEGIVM ARGENTORATENSE *tit. de his, quae vt indign. th. 4. num. 4.* Difficilior vero quaeſtio: an hodie talia Ereptitia bona, quae a Caducis differunt, HEINECC. *ad L. Iul. et Pap. Popp. lib. 3. cap. 7.* (nempe bona, quae vt indignis auferebantur, dicebantur Ereptitia) an, inquam, illa quae vt indignis auferuntur, adhuc hodie fiſco cedant, an vero ad ſubſtitutos, aut legitimos ab inteſtato veniant?

3 Reſpondit Facultas Iuridica Lipſienſis 1775. titulum Pandectarum de his, quae vt indignis auferuntur, non quidem penitus obſoleuiſſe, attamen noſtris moribus, quia haec ereptio Confiſcationem redolet, non fiſco, ſed priuatis cedere, nempe coheredibus, aut cofiſco, ſed priuatis cedere, nempe coheredibus, aut cognatis, aut ſi legatarius legato indignus ſit, heredi; ſi autem ſcriptus ex aſſe heres, teſtamentum fieri deſtitutum. Vult qui inſtitutus eſt, heres eſſe, ſed non poteſt. In Saxoniae Electorali Conſtitutione *26. P. 3.* vtut haec de caede nihil habeat, tamen cum ſit explicatio Legis *3. ff. de his, quae vt indign. et L. 10. §. 1. ff. ſolut.*

*ma-*

*matrim.* et diſerte praecipiat *daſs die Erbſchaft den Erben zuerkant werden ſolle,* atque in re dubia contra fiſcum pronunciare iubeamur, *L.* 10 *ff. de Iur. Fiſc.* facile acceſſimus opinioni GROENEWEGII *ad rubric. C. de his quae vt indign.* CARPZOVII *in Prax. Crim. P.* 3. *Qu.* 136. *num.* 39. BERGERI *Oec. Iur. lib.* 2. *tit.* 4. *th.* 56. MOLLERI *Semeſtr.* 10. *et* 3. *cap.* 42. LEYSERI *ſpec.* 398. *Med.* 2. *et* 11. et ipſius ſupra laudati MATTHAEI, qui omnes vno ore non ad Fiſcum, ſed priuatos indigni portionem pertinere affirmant. Nec SCHILTERI auctori- 4
tas nos mouet, qui in *Exerc,* 38: *et* 182. vt fiſco patrocinetur, ad legem Friderici Imperatoris *II. F.* 56. provocat, in qua ad regalia referuntur: *quae vt ab indignis legibus auferuntur, et bona condemnatorum et proſcriptorum.* Etenim quemadmodum haec Friderici conſtitutio in bonis damnatorum et proſcriptorum fallit, ita et in Ereptitiis. Ipſe quidem ego aliquando ita 5
philoſophabar: teſtatorem, cum alium heredem ſcriberet, eo ſatis declaraſſe, nolle ſe propinquos heredes eſſe. Si ergo ſcriptus heres eum occideret, excluſos quidem propinquos eſſe ab inteſtato heredes propter teſtamentum, nec tamen occiſorem hereditate dignum eſſe, adeoque bona vacantia fieri, quae recte fiſcus ſibi ſumat. Rite enim ademtam eſſe propinquis ſucceſſionem, ſed in neminem translatam, adeoque neutrum illam accipere, ſed fieri ereptitiam. Sed haec philoſophia licet quodammodo valere poſſit in herede ex aſſe ſcripto, non tamen in eo, qui co-

heredem habet, cui ius adcreſcendi competit. Itaque mu-
tata ſententia ipſe nunc ego generatim indigni portionem
iis adſcribo, ad quos pertinuiſſet, ſi teſtator id non
ſcripſiſſet: breuius vt dicam, cupio pro non ſcriptis
6 haberi. Itaque tituli Pandectarum et Codicis de indi-
gnis mihi tantum pede in vno ſtare videntur. Eri-
piunt hereditatem, nec tamen addicunt fiſco; ſed ex-
cluſo fiſco, aut coheredi aut heredibus ab inteſtato,
ſi ex aſſe ſcriptus ſit. Finiat hanc Obſeruationem Mo-
deſtini in *L. 10. ff. de iure fiſc.* effatum: *Non puto delin-
quere eum, qui in dubiis quaeſtionibus contra fiſcum facile
reſponderit.*

## OBSERVATIO DCXLI.

*Mitius cum eo agendum, qui ex ſua liberalitate conuenitur.*

*Donator nullam cautionem vſufructuario praeſtat.*

1 Verum eſſe, quod rubrica dixit, *arg. L. 62. ff. de aedil. edict. L. 28. ff. de reg. iur.* facile probatur, et copioſius demonſtrauit STRVVIVS *Exercit. 12. th. 12.*

2 Vnde donans, qui vſufructum ſibi ad dies vitae reſeruauit, donatario nullam praeſtare cogitur cautionem vſufructuariam, quia ſi is talem exigeret, valde ingratus foret, vt reuocationi totius donati locus eſſe videatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0014-0

deatur. Immo quotidie videmus in Gerada donata, ſi vſusfructus reſeruatus, donantem ab hac cautione immunem eſſe. Adde ſimilia, quae in ſuperiori Obſeruatione CCXLII. adduximus.

## OBSERVATIO DCXLII.

*Damnorum immodicorum, etiam ſolemni probatione deductorum iudicialis moderatio, addito inſuper iureiurando: non leuius fuiſſe damnum, quam facta per ſententiam moderatio determinauit.*

Inſolitum quidem, nec tamen plane inauditum, peracta probatione ſolenni et reprobatione, nihilo tamen minus ſummam in libello poſtulatam iudicem moderari. Sic in actione iniuriarum aeſtimatoria, etſi petitor ſe mille imperialibus iniuriam ſibi illatam aeſtimare, iurauerit, tamen non raro haec ſumma ad decem vsque aut viginti thaleros, ecce abnormem minorationem! moderamur. 1

Idem fieri ſolet, ſi damna illata praeter aequum petitor aeſtimet, vbi etiam per probationem peractam, demonſtrata quantitas ex officio reducitur a iudice ad minorem ſummam. 2

Id *Iureiurando Minorationis* (in Saxonia abrogato) etiam parti, nempe reo, licere exiſtimo. Vtcunque ergo 3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0015-6

ergo in ſuperiori Obſeruatione CCCCXVII. ſententias medium ferientes irriſerimus, tamen in damni dati immodica aeſtimatione cogimur interdum ſequentem in modum pronunciare:

4 *Daſs die geforderten und zum Theil erwieſenen Schæden auf 70 Thlr. 12. Groſchen zu mæſigen; Würde nun Klæger vermittelſt Eydes ſich reinigen und, daſs die Einbuſe wegen entbehrter Huthung in dem Jahre 1767. auf den Aſtræenburger Feldern nicht ein wenigeres betragen habe, ſchwören, ſo ſind Beklagte vorgedachte 70. Thlr. 12. Groſchen Klægern zu bezahlen ſchuldig, und werden die aufgewanten Unkoſten billig gegen einander aufgehoben.* Rationes dubitandi et decidendi huius ſententiae copioſas et ſcitu iucundas exhibet Flauius noſter Germanicus ſub titulo *Schæden* Num. IV.

## OBSERVATIO DCXLIII.

### *Quousque in teſtamento Nullo, Deſtituto, Rupto, aut dolo metuque extorto, Irrito &c.* Legata *corruant vel ſubſiſtant?*

1 Secundum regulam in ſcholis receptam teſtamentum *Nullum* penitus corruit, ſed in teſtamento Inofficioſo ſola heredis inſtitutio, reliquis capitulis ſaluis.

Attamen prima exceptio eſt: ſi nullum dicatur teſtamentum propterea, quod liberi aut parentes *praeteriti,*

*teriti, aut ex iniuſta cauſa exheredati*, quo caſu legata manent, non ſolum iure Saxonico, *Conſt. Elect. 9. P. 3.* verum etiam iure communi (*Obſ. CCC XLIII.*) Adeſt enim Authentica: *Ex cauſa C. de lib. praeter. ex Nouella 115. cap. 3. in fin. et cap. 4. §. 8.* depromta, vbi tamen probe animaduertes, leges haſce 3
tam Iuſtinianeas, quam Saxonicas tantum loqui de liberis parentibusque ſiue *praeteritis*, ſiue *iniuſte exheredatis*, adeoque hanc exceptionem ad alia ſolennitatis internae vitia trahi non debere.

Secunda exceptio: Si hereditas inſtituto *Tan-* 4
*quam indigno* auferatur, id legatariis nihil nocet. Sic etiam ſubſtitutiones vulgares, ſi heres primus hereditate priuetur, ſubſiſtunt vt ab inſtituto indigno ſucceſſio ad ſubſtitutum deferatur. *L. 1. ff. de his, quae pro non ſcript.*

Tertia exceptio: ſi quis heredem ſcripſit, quem in- 5
ſtituere non potuit, aufertur inſtituto hereditas, ſed legata relicta ſalua manent. *L. 11. ff. de his, quae vt indign.*

Quarta exceptio: ſi quis *Omiſſa cauſa teſtati* 6
ab inteſtato ſuccedere velit, legata ſoluet. *tot. tit. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſt.* Caue autem, ne his exceptionibus regulam ſuperius traditam ſubuerti putes. Neque enim debent haec ad exemplum trahi, cum de caetero, ſi leges non diſſerte legata ſuſtinent, corruente re principali, etiam acceſſoria cadant.



Sic

8 Sic ex teſtamento *Deſtituto* legatarii nihil capiunt, ſed res redit ad cauſam inteſtati. §. 2. *Inſtit. de Leg. Falcid. L. 16. L. 26. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* §. 7. *Inſtit. de hered. quae ab inteſt.* Itaque ſi heres ante teſtatorem mortuus, nihil legatarii capiunt. *L. 1. ff. de iniuſt. rupt.* BERGER *Oecon. Iur. lib. 2. tit. 4. th. 21.* niſi clauſula codicillaris adſit. CARPZ. *P. 3. Conſt. 12. Defin. vlt. num. 2.* quae heredem quemlibet obligat.

9 Item in *Rupto* teſtamento, ſi poſthumus ignoranter praeteritus, legata ceſſant, *L. 36. §. 2. de teſtam. milit. L. 1. C. de poſth. hered. inſt.* cum qui ſe poſthumum habiturum ignorat, non videatur eum legatis grauari voluiſſe. GAIL. *Lib. 2. Obſ. 113.* CARPZ. *P. 3. Conſt. 9. Def. 4. et 5.* BRVNNEM. *ad Auth. Ex cauſa C. de lib. praeterit.* Contra ſi poſthumum ſibi affuturum ſciuit, adeoque ſcienter praeteriit, Nouella *115. cap. 3. in fin.* legata ſuſtinet.

10 Tandem ſi *Inteſtabilis* teſtamentum condiderit v. c. filius familias vel haereticus, vel prodigus aut furioſus, etiam legata corruunt.

11 Difficillima vero et prae caeteris notabilis quaeſtio: quid ſtatuendum ſit, ſi ex *Defectu Liberae Voluntatis*, vt, ſi quis teſtari coactus, a ſacerdote forſitan, quod in Actis ſaepius obuenit, iacturam ſalutis aeternae minitante, LEYSER *Spec. 375. Med. 8.* aut alio dolo ad teſtandum quis inductus ſit? Videri poterat tantum heredis inſtitutionem cadere legatis ſaluis, vt tantum intuitu

tuitu cogentis nullum habeatur. Quid enim legatarii commiſerunt? aut cur vtile per inutile vitietur? *cap 33. de reg. iur. in 6to.* ne quid de difficillima metus probatione (*Obſeru. CCCCXXVIII.*) dicam. Vtcunque autem haec pro 13
conſeruatione legatorum probabiliter dicantur, tamen inclino magis in id, vt, niſi libera fuerit teſtandi voluntas, et legata corruere exiſtimem. Cur enim non penitus corrat teſtamentum, quod initium ex dolo, metu, adeoque ex delicto heredis coepit. Initium rei potiſſimum ſpectandum eſt. (*Obſ. CCLXIV.*) Nempe voluntas teſtandi eſt baſis et anima teſtamenti, in qua ſi vel minimum deſiderari poſſit, omnia caduca fiunt. Vnde cum ex errore orta voluntas teſtatoris Nulla ſit, *L. 4. C. de hered. inſtit.* immo militis teſtamentum, cui error et ignorantia cauſam dedit, totum curruat, *L. 36. §. 2. ff. L. 9. C. de teſtam. milit.* adſtipulor LEYSERO, qui coactum teſtamentum non ſolum quod inſtitutionem, ſed et quod legata attinet, concidere arbitratur. *Totum,* inquit, *teſtamentum per calumnias, falſasque inſtigationes contra heredem legitimum a teſtatore exaſperato conditum, nullum eſt, non ſolum quod ad heredis inſtitutionem, ſed etiam quod ad legata caeteraque capitula, quum totum ex erronea perſuaſione: heredem legitimum criminibus obiectis ſe polluiſſe, vel ingratum extitiſſe, profectum fuit. Cuius innocentiam ſi ſciuiſſet teſtator, integrum ſine dubio illi reliquiſſet.* Adde quod ex dolo etiam actio aduerſus tertium innocentem datur, ſi aliquid lucri ex dolo alterius ad eum peruenit (*Obſ. DCXIII.*) quod et in metu obtinet, cum nihil interſit, metum incuſſerit alteruter contrahentium, vel tertius. *cap. 11. X. de*

 *deſpon-*

*deſponſat. impuber.* Itaque in teſtamento coacto aut dolo elicito ſatis probabiliter proximi conſanguinei dicere poſſunt: ſi defunctus ad ipſum teſtamentum coactus non fuiſſet, nec potuiſſet in eo legare, quia qui teſtari vult, noluiſſe codicillare creditur. *L. 1. ff. de iure codicill.* Vnde omnis vltima voluntas ex calumniis, vi, dolo, errore et inſtigatione orta, ita corruit, vt ne legata quidem debeantur, ſi pias cauſas exceperis de quibus Num. 15.

14 In teſtamento coniugum *Reciproco* quando legata ſubſiſtant, aut concidant, pete ex Obſeruatione ſuperiore CLXVI.

15 Legatum *ad Pias Cauſas* etiam in teſtamento dolo aut vi extorto, ex multorum opinione manet, niſi ipſe miniſter piae cauſae v. c. ſacerdos coegerit aut fraudes machinasue admouerit improbas; tunc enim non debet ipſi decipienti ſuccurri. Porro ſi filius familias conſentiente patre piae cauſae quid legauerit, item in teſtamento imperfecto, et ex parentum diſpoſitione inter liberos, ſubſiſtit; poſſunt etiam in arbitrium tertii conferri *c. 13. X. de teſtam.* In reliquis teſtamentorum vitiis nullam prae vulgaribus legatis pia legata prearogatiuam habent, adeoque in Deſtituto in Rupto per poſthumum ignoranter praeteritum, in teſtamento prodigi etc. corruunt.

## OBSERVATIO DCXLV.

*Praenomen tam debitoris quam creditoris in inſtrumento quarentigiato omiſſum aut vitioſe expreſſum haud moratur executiuum aut cambialem proceſſum.*

Exe-

*Executiue agi poteſt, licet documentum nihil amplius, quam* allen treuen Briefes Inhabern *loquatur.*

Compenſationi expenſarum locum dabit fortaſſe, non autem condemnatoriam remorabitur commiſſa in nomine negligentia. Ecce reſponſum Facultatis Lipſienſis anno 1775. menſe Decembri collegii nomine a me elaboratum: 1

*Obwohl einige Rechtslehrer bey dem executiviſchen, alſo um ſo vielmehr bey dem Wechſelproceſſe, erfordern, daſs die zu deſſen Grunde gelegte Urkunde hinlænglich bewæhret ſey, alſo nicht allein der Zunahme, ſondern (zu mehrerer Sicherheit und weil öfters viele Perſonen eben dergleichen führen) auch des Glæubigers Vornahme darinnen ausgedrüket ſeyn ſolle* 2

BARTH. Hodeg. p. 674.

*und wenn anjezt wegen einer noch nicht geſchehenen Sache von uns Rath diesfals gebethen würde, derſelbe allerdings, um unnöthigen Zweifeln vorzubeugen, dahin ausfallen dürfte, daſs, weil Ueberflus niemals ſchadet, des Glæubigers eben ſo, wie des Schuldners, Vornahmen beyzufügen am nüzlichſten ſey, wannenhero da in dem vorliegenden Wechſelbriefe nur folgende Worte:*

*An den Herren Commercien Rath Meyer oder deſſen* Ordre

*befindlich, daſs der Richter mit der Haft zu verfahren, mit Recht angeſtanden habe, behauptet werden dürfte.*

3 *Dennoch aber und dieweil zu einer bewæhrten Urkunde nur ſo viel, daſs des Glæubigers ſowohl, als des Schuldners Nahme ausgedrüket ſey, erfodert wird, von Vornahmen aber die Regel nichts beſaget, abſonderlich aber des Schuldners Vornahme (wo nicht die Wechſelordnungen eines oder des andern Ortes dieſes ausdrüklich erfodern) um ſo leichter ermangeln kan, da auſer hieſigen Gegenden in Teutſchland ſtark gebræuchlich, daſs man Briefe, ja ſogar Volmachten, mit bloſen Zunahmen bezeichnet, und bey dem executiv- alſo auch Wechſelproceſſe lediglich darauf: ob der Schuldner recognoſciren, oder den Wechſel abſchwören wolle? es ankomt, da denn einerley, ob er den Zunahmen allein, oder auch den Vornahmen zugleich eydlich ableugne? Und eben ſo wenig Bedenken bey ermangelnden Vornahmen des Glæubigers vorhanden, ſintemalen die Mehrheit von Perſonen gleichen Nahmens niemals vermuthet wird, wohl aber wenn derjenige, ſo den*
4 *Wechſel in Hænden hat, eben den Zunahmen führet, der in der überreichten Urkunde enthalten, dieſer höchſte Grad der Wahrſcheinlichkeit mit der Wahrheit ſelbſt im gleichen Gewichte ſtehet, allermaſſen faſt unmöglich, daſs eine ſolche Urkunde in die Hænde eines Mannes gekommen ſeyn könne, der den in der Urkunde gedachten Zunahmen führe, dergleichen höchſt unwahrſcheinliche Dinge aber der Unmöglich-*

*möglichkeit im menſchlichen Leben und in Gerichtsſtühlen gleich geachtet werden,*

arg. L. 6. D. de condit. inſtitut.
L. 4. §. 1. D. de ſtat, hom.
L. 137. §. 6. D. de verb. oblig.
L. 2. D. de his, qui effud. vel. deiec.

*und wenn in gegenwærthiger Urkunde auch Meyers Vornahme ausgedrüket wære, doch noch viel eher geſchehen* 6
*könte, daſs mehrere Meyer einen gleichen Vornahmen führeten, als daſs es viele* Commercien Ræthe *dieſes Nahmens geben ſolte, wannenhero ſolch Ehrenprædicat des Glæubigers Perſon dergeſtalt unterſcheidet, und vor andern auszeichnet, daſs es den Mangel ſeines Taufnahmens ſehr reichlich erſezet, wie denn auch ſelbſt die Rechtsgelehrten*

SIEGEL Einleit. zum Wechſel R. cap. 1. §. 6. not. **.

*daſs nur guter Ordnung wegen, nicht aber aus einer unumgænglichen Nothwendigkeit der Vornahme des Glæubigers auszudrüken ſey, behauptet, es müſten denn ſolches in einem Lande die Geſeze und Wechſelordnungen ausdrüklich erheiſchen; und aber in keiner uns bekanten Wechſel Ordnung des Glæubigers Vornahme, als ein unumgængliches Erfodernis, vorgeſchrieben; wo aber dieſe ſchweigen, der Wechſelproces ſich in allem nach dem executiviſchen; wo der Vornahme nicht von Nöthen, richtet, und von dieſen auf jenen wohl geſchloſſen werden kan.*

Nec

6 Nec tamen penitus chirographum nominibus careat. Talem ob defectum Menſe Octobris 1776 reiecimus executiuum libellum cum debitor ſcripſiſſet: *Ich zahle auf Michaelis der Frau Stifts Ræthin 200. Thaler.* Diuerſa huius ſententiae a ſuperiori exemplo ratio videbatur. Licet enim in loco contractus vnica tantum eſſet huius tituli et characteris foemina, tamen nimis graue videbatur, nullum plane nomen expreſſum, ſed meram demonſtrationem adeſſe, quae ne quidem in continenti liquida videbatur. Hoc enim indubitatum, ad inſtrumentum quarentigiatum nomine expreſſo opus eſſe, noſtraque Obſeruatio tantum de iis agit exemplis, ſi aut praenomen deficiat, aut aliud in nomine vitium appareat.

7 In Programmate quadam, quod ſanctus mihi ſemper et venerabilis Pater anno 1763 emiſit, haec de praenomine et cognomine a Facultate Lipſienſi iudicatarum rerum exempla prolata inuenimus: Cum aliquis ſcripſiſſet: *Ich Endes unterſchriebener zahle an Herren N. Weigolden*, ſententiam Collegium in proceſſu executiuo condemnatoriam tulit. Item cum quis ſcripſiſſet: *Ich Endes unterſchriebener zahle an meinen Bruder Hanſen*, nec debitor in continenti: habere ſe plures fratres praenomine *Hans* inſignitos, demonſtraſſet, condemnatus eſt.

8 Quid autem ſi Creditotis nomen plane deficiat et ſcriptum ſit: *Allen treuen Briefes Inhabern zahle ich*, hoc caſu collegium decreuit: *daſs Klæger zuförderſt, weil ſein*

In-

*Indoſſant in dem producirten Wechſel nicht benennet iſt, anderer Geſtalt und beſſer als geſchehen, ſich* ad cauſam *zu legitimiren ſchuldig.* Eadem Legitimatio ad cauſam creditori iniuncta, cum omiſſo creditoris nomine ita ſcriptum eſſet: *Ich Chriſtoph Hempel und ich Anne Hempelin bekennen und geſtehen hierbey, daſs wir von Euch erborget haben 100 fl. und ſo ich etwa ſterben ſolte, ſo ſolt ihr an und vor allen den Vorzug zur Bezahlung haben. Wezdorf den 2. Merz 1749. Chriſtoph Hempel, Anne Hempelin.*

Haec ita, ſi creditoris nomen deficiat; quid vero 9
ſi inſtrumentum etiam debitoris praenomine careat, aut in eo defectus appareat? Quidam ſe Iohannem Lehmannum ſubſcripſerat. In baptiſmo autem cum nomen Iohannis Martini ei impoſitum eſſet, quod ſtatim per teſtimonium eccleſiaſticum demonſtrabat, pronunciauit Facultas: *daſs der angeſtelte executiv Proceſs für unſtathaft nicht zu achten.* Si enim omiſſio vnius ex praenominibus, quorum aliqui tria quatuorue gerunt, morari poſſet executiuum proceſſum, quilibet ſuum creditorem hoc proceſſu executiuo facile priuare poſſit. Quomodo enim is huius totum praenomen accurate ſciuerit? Solent enim multis Praenominibus opulenti vnum vel duo breuitatis ſtudio vt plurimum omittere et ſic chartae et atramento parcere.

Haec de Proceſſu Executiuo. In Ordinario au- 10
tem ipſe memini, cum obaeratus quidam Medicinae Doctor documentum initiali littera S. ſubſcripſiſſet, at-

que hoc in articulis probatorialibus induceretur, *Producto* non recognoſcente, documentum habitum fuiſſe pro recognito, quia ſe diffeſſioni non obtulerat, quae quidem, vt omnibus notum, ita concipitur: *Daſs er es weder ge- noch unterſchrieben.* Poterat etiam *Productus* litteram S. diffiteri. Generatim vt dicam, periculoſius eſt in Creditoris quam in Debitoris nomine vitium. Nam ſi debitor ſuum, etiam vitioſe ſcriptum, nomen iurato diffiteri nequeat, condemnabitur. An vero etiam in Proceſ-
11 ſuu Executiuo vnius litterae annotatio pro toto debitoris nomine eſſe poſſit et ſubſcriptionem efficiat? ex me quaeris. Fluctuante animo malim alia in proceſſu Ordinario, alia in Executiuo ſtatuere, licet, vt verum fatear, rationem diuerſitatis, ſi quis interroget, non ſatis diſtincte explicare poſſim.

## OBSERVATIO DCXLVI.

*Iure Romano, ſi creditor debitori ſolutionem prorogat inſcio fideiuſſore, fideiuſſio exſpirat.*

*Debet nempe creditor, ſi fideiuſſionem exſpirare nolit, agere aduerſus debitorem quadrimeſtri ſpatio.*

*Iure Saxonico fideiuſſio non exſpirat, niſi fideiuſſor proteſtatus ſit, ſe vltra diem ſolutioni praefinitum nolle obligari v. c.* bis dahin ſage ich gut und længer nicht.

*Hoc ius Saxonicum valet etiam in Extraneis, ſi ſe iuri cambiali Lipſienſi ſubiecerint.* Si

*Si debitor principalis fideiuſſorem dolo malo ad fideiubendum induxit, fideiuſſori datur actio doli contra debitorem principalem, non doli exceptio contra creditorem.*

Quicquid pragmaticorum credula et variabilis turba 1
contra diſputet, ego ſi quid vnquam ſcio, hoc certiſſime ſcire me profiteor, Romanis legibus ſi in mutuo debitor principalis certum ſolutionis diem praefiniuerit, elapſo tempore nec ſtatim creditore contra debitorem principalem agente, fideiuſſionem exſpirare. Hoc enim ita diſerte praeſcribitur in *Leg. 13. § 11. ff. locat. cond. et Leg. 7. C. eodem.* Immo ſi vel maxime ita praeſcriptum non eſſet, tamen rectae rationis dictamini conueniret. Semper enim in fauorem promiſſoris tempus adiicitur. *L. 17. ff. de reg. iur.* Qui contrarium defen- 2
dunt, miſere ſe torquent, vt rectae rationi frenum iniiciant, vt leges clariſſimas eludant et obſcurent, alios e longinquo textus obtorto collo opponentes, in quibus tamen omnia alia potius, quam id, quod iſti volunt, continentur. Nempe quas laudare ſolent quaſi nobis obſtantes leges, *L. 10. C. mand. et Cap. fin. X. de fideiuſſ.* quasque illi in ſuas partes trahunt, aperte tra- 3
ctant de fideiuſſionibus in tempus indefinitum praeſtitis. Multum vero intereſt, ſimpliciterne quis et pure, an ad certum vsque diem fideiubendo ſe obligauerit. Quod autem iſti porro dicunt per prorogationem prin-

cipalis obligationis non tolli ipſam obligationem, nec nouationem oriri, ſed tantum differri actionem, et ſolutionis diem, ſubtile primo intuitu, ſed reuera nihil eſt. Nam in mutuo ſi prorogatio ſolutionis fiat, aeque continuatur prior obligatio, vt in relocatione tacita prior locatio continuatur; et tamen ſi relocatio tacite fiat, is, qui pro conductore in certum tempus fideiuſſit, liberatur. *L. 13. §. 11. ff. locat. cond. L. 7. C. eod.* Nullam igitur eatenus inter mutuum et locationem differentiam
4 video. Tibi vero, mi CARPZOVI! ſi fideiuſſor elapſo tempore liberaretur, ingens inde praeiudicium creditori naſci videtur. Naſcitur, ſed ſua culpa. Quid ſi ego contra haec ita dixerim: niſi exſpirare iubeamus fideiuſſionem, ingens inde naſci praeiudicium fideiuſſori et quidem absque vlla ſua culpa. Nam quod Carpzouius ait culpam vtique haerere in fideiuſſore, quod non creditorem debitori nimis indulgentem prouocauerit, vt exigat ab illo debitum, aut etiam debitorem principalem vrſerit, vt ſoluendi ipſum a fideiuſſione liberet, illud, inquam, Carpzouianum ratione omni deſtituitur propterea, quod tunc demum ad liberandum agere tenetur fideiuſſor (non contra creditorem) ſed contra principalem debitorem, ſi in indefinitum tempus fideiuſſit, non, ſi in certum ac definitum, vbi ſolus tempus lapſus perimit et interficit fideiuſſoris obligationem. Deinde cur agat fideiuſſor, cum ipſo iure tutus ſit et ela-
5 pſum tempus ipſum liberet. Adde fideiuſſionis inter-

pre-

pretationem adhuc hodie ſtrictiſſimam eſſe, propter liberationis fauorem, qui in iure eſt longe maximus, nec obligari eum in amplius, niſi quod palam pronunciauit.
LEYSER *Spec. 524. Med. 1. 2.* Intereſt inſuper reipu- 5
blicae, ne fideiuſſiones ſint perpetuae nec heredes pronepotesque irretiantur. Itaque ſi ius ſuum contra fideiuſſorem ſaluum conſeruare cupit creditor, ſtatim elapſo tempore condictionem certi ex mutuo contra de-
bitorem inſtituat; ſtatim, inquam, quod punctum mo- 6
rale tamen aliquam latitudinem habet. *L. 105. ff. de ſolut. et liberat.* Nempe iure communi intra quatuor menſes creditorem agere oportet, *arg. L. vlt. C. de except. rei iud.* ſi ius ſuum contra fideiuſſorem ſeruare cupiat. Alii id omne arbitrio iudicis relinquunt, vt is aeſtumet, an nimis diu actionem contra debitorem ſuum diſtulerit? MENKE *Pandect. lib. 46. tit. 2. §. 26.* Eſt itaque ius Saxonicum Electorale, quod contrarium praecipit, plane ſingulare et exorbitans, vt Facultatis Iuridicae Lipſienſis reſponſum clarius reddet:

*Haben zweene Brüder im Erfurthiſchen Gebiethe an* 7
*Javolenen einen Wechſel, in Jahres Friſt, nemlich 1771. zu bezahlen, auf 1000. Thlr. hoch nach Leipziger Wechſelrechte ausgeſtellet, welchen Martin als Bürge unterſchrieben, worauf und nach Verlauf ſothanen Jahres der Glæubiger den Wechſel ſeinen vorgedachten Schuldnern auf zwey Jahre verlængert, ohne hiervon dem Bürgen etwas wiſſend zu machen; nachdem nun beyde Brüder in Verfal der*

*Nahrung gerathen, ja der eine ſo gar in Concurs verfallen, ſo wird:*

> *Ob dem Glæubiger Javolenen gegen den Bürgen Martinen eine Klage zuſtehe?*

*rechtlicher Unterricht gebethen.*

9 *Ob nun wohl Martin ſich nur auf ein Jahr lang verbürget, und der Glæubiger Javolen ohne deſſen Wiſſen und ohne daſs er gedachtem Bürgen etwas davon kund gethan, den Wechſel auf zwey Jahre verlængert, alſo wahrſcheinlich iſt, auch wohl durch Gewiſſensrührung oder ſonſt erwieſen werden könte, daſs, wenn der Glæubiger nach Verflus des Jahres nach VVechſelrechte verfahren hætte, er die Zahlung etwa noch erhalten haben dürfte, und, da er ſolches unterlaſſen, daſs der Glæubiger Javolen ſich ſelbſt die Schuld beyzumeſſen habe, wenn er hierunter Einbuſe erleiden ſolte, dem Bürgen aber hierinnen keine Schuld beyzumeſſen ſtehe, alſo die vorgefallene Prolongation ſothane Bürgſchaft gænzlich aufgehoben habe, ſich leicht erachten laſſe, wie auch diesfals klare Rechte vorhanden,*

> L. 13. §. 11. D. locat. cond. verbis: *tunc enim nouus conſenſus erit neceſſarius;*

*noch deutlicher aber dieſes aus der* Lege 7. C. locat. conduct. *erhellet, alwo die VVorte alſo lauten: ſpatio temporis expleto, ſi non denuo conſenſiſti, ſed cautionem tibi reddi poſtulaſti, non oportet te de poſterioris temporis periculo adſtringi,*

*auch*

*auch was darwider angezogen werden wil, alzuweit abgeleitet und beſonders* Lex 10. C. mand. *und* Capitulum fin. X. de fideiuſſ. *gar nicht von gegenwærtigem, ſondern von dem Falle reden, wenn der Hauptcontract auf keine gewiſſe Zeit geſchloſſen, folglich die Meynung, dererjenigen, welche aus den kayſerlichen beſchriebenen Rechten beweiſen wollen, daſs der Bürge auch nach beſchehener Prolongation in Verbindlichkeit bleibe, ſchlechterdings ungegründet, nam poſt tempus ſtipulator ſummoueri poterit;*

L. 44. §. 1. D. de obligat. et act.

*wozu noch komt, daſs vielleicht der eine Bruder nicht* 11
*gænzlich von allen Mitteln entblöſet, folglich, daſs die VVohlthat der Vorausklage gedachtem Bürgen, fals er deren ſich nicht etwa begeben, zuſtatten kommen müſſe, dafür gehalten werden möchte;*

*Dennoch aber und dieweil nach Sæchſiſchen* 12
*Rechten,*

Conſtit. Elect. 19. P. 2. ibique CARPZOVIVS,

*(welchen Geſezen Martin, da er wegen eines nach Leipziger Wechſelrechte ausgeſtelten Wechſels gut geſaget, ſich ſtilſchweigend unterworfen, mithin gegenwærtiger Fal, geſtalten Sachen nach, nicht nach gemeinen, ſondern nach ſæchſiſchen Rechten zu beurtheilen;) ein Bürge, auch bey einer ohne ſein Vorwiſſen beſchehenen Verlængerung der Schuld, nichts deſtoweniger den Hauptſtam nebſt Zinſen, wenn*

*wenn er nemlich auch auf ſolche ſeine Bürgſchaft erſtreket, ſonſt aber nicht,*

(Obſ. CCCCXCV.)

13 *zu bezahlen ſchuldig, jedoch ſolche Zinſen nur bis zur Verfalzeit, dahingegen was die fernern Zinſen, ſo nach Ablauf der in der erſten Schuldverſchreibung ausgedrükten Zeit aufgelaufen, anlanget,*

CARPZ. Conſtit. 19. P. 2. Defin. 1. et 5.

*er von deren Abentrichtung befreyet wird und ſolche der prolongirende Glæubiger einbüſen muſs; übrigens bekant,*
14 *daſs derjenige, ſo in Concurs verfælt, für ausgeklagt zu achten und überhaupt nach Leipziger, ſo wohl gemeinem Wechſelrechte die Ausflucht der Vorausklage bey Wechſeln nicht ſtat findet,*

*So iſt, geſtalten Sachen nach, der Glæubiger Javolen, gegen den Bürgen Martinen nach Sæchſiſchen Rechten, Klage zu erheben und von ſelbigem ſo wohl den Hauptſtam, desgleichen wenn die Bürgſchaft auch auf die Zinſen gerichtet, ſelbige bis zur erſten Verfalzeit, mehrere aber nicht, zu fordern befugt.*

OBSER-

## OBSERVATIO DCXLVII.

*Regula: Corruente re principali corruit acceſſoria, in fideiuſſione fallit.*

De ea re priuatum hoc reſponſum edidi:

*Dieweil daraus, daſs die Bürgſchaft ein* Contractus accesſorius *genennet wird, nicht geſolgert werden mag, daſs, wenn der Hauptcontract dahin falle, auch der Bürge befreyet ſey, ſintemalen auch bey bloſen* Obligationibus naturalibus *der Bürge gehalten iſt,* 1

HEINECCII Inſtit. §. 878.

*und gar ſehr gewöhnlich, daſs wenn man mit einer Perſon einen Contract ſchlieſet, die, den ſtrengen Rechten nach, ſich eigentlich nicht verbinden könte, man eben darum, Sicherheit halber, ſich einen Bürgen ſtellen læſſet, damit wenigſtens dieſer gehalten und belanget werden möge,*

L. 16. §. 3. et 4. L. 25. D. de fideiuſſ.
L. 13. pr. D. de minor.
Tot. tit. C. de fideiuſſ. minor.

*mithin, daſs alle und jede Ausflüchte, ſo dem Hauptſchuldner zu kommen, auch der Bürge vorſchüzen könne, ſo ſchlechterdings nicht zu behaupten, indem dieſes blos von Ausflüchten, ſo* in facto *beruhen, nicht aber von denen ſo benanten* exceptionibus iuris, *anzunehmen, wannenhero es* 2

3 *etwas ganz beſonders und eine ausdrükliche Ausnahme iſt, wenn in*

L. 14. C. de SCto Vellej.

*geſaget wird, daſs auch diejenigen, ſo ſich für eine* **gutſagende Weibsperſon** *verbürgen, ſich der Ausflucht des Vellejaniſchen Rathſchluſſes bedienen können; Im übrigen aber die Regel: daſs ein Bürge ſich zwar nicht in ein* majus, *doch aber* magis, *alſo bey einer bloſen* naturali obligatione *auch* ciuiliter *verbinden könne, feſtgeſtellet bleibet, ſo lange nicht die Geſeze diesfals beſondere Ausnahmen an die Hand geben, &c.*

Leipzig, Diss., 1776 H–Z

ULB Halle 3
007 411 979

vorl

TA-OC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0035-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0036-2

1776,38
2

# PSODIAE

PLEMENTA

RAESIDE

DIN. HOMMELIO

VEMBRIS MDCCLXXVI.

N VTROQVE IVRE DOCTORIS

NITATE

FENDET

VS FRIDERICVS

VLFVSS

TVS SAXONICVS

IPSIAE

NA LANGENHEMIA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416318-p0037-8